Plantae novae Orientales.

II.

Von J. Freyn (Prag).

(Fortsetzung.[1])

Trifolium Sintenisii Freyn n. sp. — *Chronosemium* Ser., vexillo a basi ovato-oblongo, dorso convexo tandem sulcato, legumine vexillum dimidium aequante. Parce et adpresse hirtulum, caulibus prostratis et adscendentibus, foliosis stipulis ovatis acutis, foliorum pedicellis 3—4 plo brevioribus, foliolis brevissime petiolulatis, cuneato-obcordatis a medio nervis excurrentibus angulatim-repandis, nervis rectis, parallelis, pedunculis tenuibus folio sesqui-duplo longioribus, capitulis demum laxis 5—13 floris, hemisphaericis usque oblongis; pedicellis tubo calycino duplo triplove brevioribus, calyce glabro, colorato, oblique truncato, dentibus truncatis rectis, strictis apice sphacelatis, superioribus 2 intus ea remotis triangularibus tubo subtriplo brevioribus, tribus inferiorum linearium tubo calycino subaequilongorum approximatis, corolla post anthesin reflexa violacea (? siccatione fuscescente), calyce triplo longiore, vexillo obovato-oblongo vix sulcato alis manifeste longiore, legumine (immaturo) rhombeo-ovato stipite duplo longiori suffulto, stylo sublongiore. ♃. Augusto.

Pontus australis. Sunila, in pratis alpinis uliginosis ad Karakapan die 3. aug. 1889 leg. Sintenis (Exsicc. no. 1641).

Dimensiones: Caulis 8—22 cm. longus; foliola foliorum intermediorum 13 mm. longa, 10 infra apicem lata, summa et infima minora; pedicelli 1·5—2 cm. longi, capitula florifera majora 1·0—1·5 cm. lata; flos defloratus (cum calyce) 13 mm. longus.

Species pulchra florum colore et habitu *T. stipitato* Boiss. et Bal. proxima, sed diversa foliolis obcordatis (nec obovatis), capitulis majoribus plurifloris, calycis dentibus truncatis sphacelatis tubo aequilongis (ergo calyx nec profunde fissus), pedicellis tubo calycino 2—3 plo brevioribus (nec eo 2 plo longioribus), corolla calyce 3 plo tantum (nec 4 plo) longiore, 13 millimetrali (nec 8 mm. longa) et probabile etiam legumine. Aliae species affines (*T. rytidosemium* Boiss. Hoh., *T. rivulare* Boiss. et *T. spadiceum* L.) jam florum colore aliis caracteribus longius differunt.

Astragalus (XVI. Dasyphyllium) eriophyllus Boiss. Aus den 1889 und 1890 von Bornmüller gemachten Aufsammlungen folgt, dass die in der Flora Orientalis in dieser Gruppe festgehaltene Artenumgrenzung nicht festzuhalten ist, ebensowenig als ich den von mir im selben Sinne beschriebenen *A. eriocalyx* (Freyn 1889, non Bunge 1868) als Art ersten Ranges weiterhin

[1]) Vergl. Nr. 11, S. 362.

anerkennen kann. Auch *A. chrysophyllus* Boiss. ist mit beiden vorgenannten Unterarten zu vereinen und zwar in folgender Weise.

a) Subsp. *A. eriophyllus* Boiss. — dicht graufilzig, Blätter 10 mm. breit, Blättchenpaare über 20, Bracteen schmal länglich bis schmal lanzettlich, Blüthen violett. — So am Ak-Dagh bei Amasia unterhalb des Dorfes Tafra in etwa 1000 m. Seehöhe noch in der Föhrenwald-Region (Exsicc. no. 2108). Nach Boissier auch am cilicilischen Taurus und in den Gebirgen des südlichen Cappadociens.

b) Subsp. *A. chrysophyllus* Boiss. — Zart, grün, wenn auch gelblich-filzig; Blätter 6–8 mm. breit, jenen von *Asplenium Trichomanes* ähnelnd, Blättchenpaare über 20, aber locker; Bracteen schmal lanzettlich, Köpfe lockerer behaart, Blüthen kleiner, Fahne violett, Flügel und Schiffchen bleich. — So auf steinigen Stellen ober Siwas (Exsicc. no. 2109); nach Boissier auch in Cappadocien und nördlichen Syrien.

c) Subsp. *A. amasiensis* Freyn et Bornm. (= *A. eriocalyx* Freyn in Oest. bot. Zeitschr. XL. p. 401). Grau seidig schimmernd, Blätter 8—12 mm. breit, Blättchenpaare 15—20 und mehr; Bracteen verkehrteiförmig-länglich bis elliptisch. Blüthen violett, violett und weiss gescheckt oder ganz weiss. So am Ak-Dagh bei Amasia in 1400—1900 m. Seehöhe (Exsicc. no. 90), am Gipfel des Sana-Dagh in 1500—1650 m. Seehöhe (Exsicc. no. 2106, weiss blühend) und auf der Hochebene Artowa ober Tokat in 1400 m. Höhe (Exsicc. no. 2107).

Es wird kaum fehl gegangen sein, wenn man annimmt, dass alle diese drei Unterarten in einander übergehen.

Astragalus (XVIII. Eu-Hypoglottis) saxatilis Freyn et Bornm. n. sp. Adpressissime pubescens, griseo-subsericeus partim decalvans, caulibus e collo multicipite numerosis, tenuibus, gracilibus prostratis, parum elongatis, stipulis herbaceis minutis triangularibus basi connatis a petiolo liberis, saepe reflexis; foliis oblongis, foliolis elliptico-oblongis, obtusis vel subemarginatis 7—10 jugis; pedunculis folio subaequilongis; capitulis cuneato-sphaericis 4—8 floris, bracteis brevissimis ovato-oblongis usque linearibus, hispidis pedicello brevi aequilongis, calycis companulato-tubulosi adpresse albo-et nigro-hirsuti dentibus subulatis, triente tubo tantum brevioribus; floribus (sicco) violaceis intra calycem xanthinis, vexillo oblongo subemarginato, alas etiam paululo emarginatas manifeste superante, leguminae (immaturo) biloculari, sessili, oblongo-cylindrici subtrigosi, recto mucronato, latitudine sua 3—4 plo longiore, albo hirsuto, ventre (rectilineo?) subcarinato, dorso convexo, subsulcato. ♃. Majo.

Pontus australis. Amasia: in apricis saxosis Abadschi-Dagh 1100—1200 m. supra mar. die 11. maio 1890 (Exsicc. no. 1865), in monte Sana-Dagh ad 700–900 m. die 14. maio 1890 (Exsicc. Nr. 2114), porro in apricis aridis montis Maghmur-Dagh 400 m. supra mar. jam die 4. maio 1890 (Exsicc. no. 2115) leg. Bornmüller.

Armenia turcica. Gumuschkhane: ad parietes rupium inter Beschklissa et Ardas die 30. aprili 1890 leg. Sintenis (Exsicc. no. 2104).

Dimensiones: Caulis 10 cm. longus, folia cum petiolo 5 cm. longa 1·7 lata, vel minora, foliola 8 mm. longa 3·5 lata vel minora, pedunculus 4—7 cm. longus; capitula 2—2·5 cm. alta, calyx 10 mm. longus, 2·5 latus, vexillum usque 16 mm. longum vel subminus, legumen (immaturum) 1·6—1·9 cm. longum 5—5·5 mm. latum.

Affinis *A. viciaefolio* DC. a quo differt bracteis herbaceis (nec membranaceis), calycis dentibus longis (nec tubo 3—4 plo brevioribus), vexillo alas conspicue superante, legumine majore, oblongo; ab *A. flaccido* M. B. differt foliolis 7—10 (nec 10—12) jugis, calycis dentes longis, vexillo oblongo (nec ovato), legumine breviori, lati, latitudine sua 3—4 (nec 5—6) plo longiore; ab *A. nurensi* Boiss. Buhse (legumine ignoto) differt stipulis deflexis (nec erectis), foliolis nec obcordatis duplo majoribus, bracteis brevibus (nec tubo calycino subaequilongis. Insuper *A. saxatilis* ab omnibus speciebus affinibus floribus nec vero sessilibus sed breviter pedicellatis distinguendus et haec nota in subserie anomalus. A speciebus similibus ex Onobrychium grege nostra pilis simplicibus nec malpighiaceis diversa.

Astragalus (XIX. Stereothrix) leucothrix Freyn et Bornm. n. sp. Humilis e collo indurato intricatim-multicaulis, undique dense albo-setoso-hirsutissimus, nitidus caulibus basi induratis prostratis, ramosis, dense foliosis et sub stipulis nigrohispidis; stipulis longe triangularibus, acuminatis, acutissimis, basi vix connatis albosetosis, foliis brevibus, oblongis, foliolis 7—10jugis approximatis vel vix distantibus, elliptico-oblongis, acutiusculis; pedunculis validis, subsolitariis folio axillari aequilongis vel paulo longioribus; capitulis ovato-globosis, densis, bracteis longe triangularibus, angustis, hispidis; floribus (sicco saltim) violaceis, calycis tubo longioribus; calycis albo-hispidi dentibus subulatis, setosis tubo aequilongis vel sublongioribus, carina $^2/_3$ vexilli oblongi, apice rotundati longitudine aequantibus. Legumen ignotum. ♃. Floret exeunte majo.

Pontus australis. Amasia, in declivibus montium rarum, ex. gr. Logman et Kirklar ad arcem, 600—800 m. sup. mar. die 28. majo 1890 leg. Bornmüller (Exsicc. no. 1840).

Dimensiones: Rami floriferi 10—18 cm. alti; folia 4 cm. longa, 2 lata vel minora; foliola 9 mm. longa 3·5 lata et usque dimidio minora; capitula 4 cm. alta, 3 lata vel breviora, dein paulo elongata; calyx 14 mm. longus, vexillum 20 mm. longum, 2 latum.

Species inter affines capitulorum magnitudine et toto facie insignis, corolla magna calycem valde excedente tantum *A. podosphaero* Boiss. Haussku. comparanda, qui differt foliolis 6—7 jugis, obtusis (nec acutiusculis), bracteis calycino tubo brevioribus (nec eo manifeste longioribus), calyxe corollaque sesquibrevioribus, floribus albis, carina tantum (nec totidem) violaceis. *A. saganlugensis* Trautv.

A. nanus DC. et *A. barbatus* Lam. jam corolla brevi calyce vix excedente valde differunt.

Astragalus (XXXIII. Christiania) Sintenisii Freyn n. sp. — Patule hirsutus, stipulis e basi dilatata subulatis longissimis, foliolis 20—27 jugis, foliorum inferiorum ovatis retusis, supremorum ovato-ellipticis, diminutis, obtusis; racemis sessilibus paucifloris, contiguis, floribus luteis, calycis albo-hirsuti dentibus lanceolato-subulatis tubo dimidiam sublongioribus, carina alis longiore, vexillo elliptico basi valde et abrupte angustato breviore; leguminibus magnis deflexis, ellipticis, subcompressis, in rostrum rectum apice recurvum abrupte abeuntibus, dense tomentosis et patule villosis. ♃. Aprili. Majo.

Armenia turcica. Kharput in agris inter Mezre et Miadun die 8. majo 1889 defloratum (Exsicc. no. 336) et in campis prope Moradlü die 1. junii 1889 fructiferum (Exsicc. no. 336 b) leg. Sintenis.

Planta in grege e majoribus, caule fere digite minoris crassitie, foliis patentissimis, inferioribus circ. 36 cm. longis, 3·5 latis, foliolis foliorum inferiorum 19 mm. longis, 14 latis, superiorum 15 longis, 7 latis, summorum minoribus; flos 20—22 mm. longus; legumen (immat.) 25 mm. longum, 14·5 diametro, rostro 6·5 longo.

Species habitu, florum et legumine magnitudine *A. allepico* Boiss. tantum affinis sed diversa indumento patulo (nec adpresse canescente), foliolis 20—27 (nec 15 jugis), majoribus (nec 7—9 mm. longis), leguminibus tomentosis (nec hirtis), rostro brevi uncinato (nec 9—11 mm. longo, recto). *A. diphterolobus* Bunge, legumine affinis, differt foliolis 15—20 jugis, calycis dentibus tubo longioribus, floribus sub 40 mm. longis, legumine rostro incurvo 14 mm. longo etc. — *A. gilvus* Boiss. (flore ignoto) differt indumento adpresse griseo, foliolis sub 15 jugis, parvis, 6·5 mm. tantum longis, leguminibus adpresse hirtis, longiusculis et incurvo mucronatis etc. *A. cilicicus* Boiss. (legumine ignoto) jam floribus magnis 40 mm. longis, foliolis 15—20 jugis certe differt. Omnes species alterae hujus affinitate jam leguminibus multo minoribus egregie differunt.

Astragalus (XXXIII Christiana) sericans Freyn et Sint. n. sp. caule crasso, elato sulcato petiolisque subvilloso, foliis longis, foliolis 16—25 jugis adpresse sericantibus, oblongis obtusis, petiolulatis, stipulis a basi triangulari lineari-setaceis; racemis sub 5 floris, brevissime pedunculatis, subsessilibus, contiguis; calycis laciniis lanceolato-setaceis ciliatis, tubo laxe albo-villosi subbrevioribus; floribus luteis, vexillo suborbiculari retuso, alas falcatas, oblongas vix superante, carina alis multo breviore, ovario glaberrimo, oblongo, longe attenuato mucronato; legumine glaberrimo, magno, ovato-oblongo, subterete, recto, breviter et deflexe mucronato, ventre carinato et bisulcato excepto valde et irregulariter corrugato. ♃. Aprili, majo.

Armenia turcica. Arabkir: inter segetes ad Denislü die 28. aprili 1889 florifero (Exsicc. no. 163) et in campis prope Schepikiöi d. 23. junii 1889 fructifero (Exsicc. no. 867) leg. Sintenis.

Dimensiones: Folia infima circ. 36 cm. longa, 4 lata, foliolis 2 longis et centimetrum latis, folii apicem versus diminutis; folia supera 28 cm. longa, foliolis foliorum infimarum aeque longis, sed angustioribus; flos circ. 30 mm. longus, vexillo apice ab alas circ. 18 mm. distante; legumen circ. 30 mm. longum, 17 latum, mucrone laterali circ. 5 longo.

Species inter paucas ovario glaberrimo donatas valde insignis, ab *A. neurocarpo* Boiss. et *A. drupaceo* Orph. jam legumine multoties majore egregie aliena: differt etiam ab *A. columnari* Boiss. (cui legumen ignotum) indumento villoso et sericeo (nec ad foliolorum ciliatura tantum reducto), calycis tubo villoso (nec glaberrimo), vexilli forma, alis late oblongis (nec linearibus) vexillo subaequilongis (nec eo multo brevioribus); insuper differt ab *A. pisidicus* Boiss. Heldr. foliolis majoribus, oblongis (nec ovatis), calycis laciniis tubo subaequantibus (nec eo dimidio brevioribus), vexilli forma.

Astragalus (XXXV. Myobroma) declinatus Willd. var. ***subglaber*** Freyn et Bornm. Folia fere glaberrima, calyx major, 16 mm. longus ad angulos et in margine dentorum laxe et sparse villosus, vexillum 20 mm. longum; stylus sub stigmate barbellatum; legumen (juvenile) dense villosum.

Typus indumento patulo et molliter hirsuto et floribus paulo minoribus differt.

Armenia turcica. Egin: prope Bagir-Baschi die 3. junii 1890 leg. Sintenis (Exsicc. no. 2531).

(Fortsetzung folgt.)

Beiträge zur Flora der Balkanhalbinsel.

Von Dr. E. v. Halácsy (Wien).

VII.

Valeriana Pančićii Halácsy et Baldacci n. sp. Rhizomate obliquo pluricipiti, ad collum squamoso; caule erecto, simplici 4—8 cm alto, glaberrimo, tereti; foliis integerrimis glabris radicalibus ovalibus obtusis in petiolum attenuatis, caulinis 2, oppositis oblongis sessilibus; corymbo terminali conferto-capituliformi, bracteis linearibus glabris, non solum ovario glabro sed etiam pedunculis communibus cymarum lateralium longioribus, corollae albidae tubo limbum excedente.

Montenegro. In fissuris rupium supra Rogam mont. Kom Kucki; lg. Baldacci, 6. Aug. 1891.

Syn.: *V. saxatilis* Panč. Elench. pl. vasc. Crna Gora p. 43. (1875) non L.

Ein kleines, in der Tracht an *V. Celtica* erinnerndes Pflänzchen, von derselben aber durch den kopfigen Blüthenstand und die rein-

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution

Jahr/Year: 1891

Band/Volume: 041

Autor(en)/Author(s): Freyn Joseph Franz

Artikel/Article: Plantae novae Orientales. 404-408